



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio || excellentium. D. doctoru[m] Iohannis Eccij &
|| Andre[a]e Carolostadij q[uae] cepta est Lipsi[a]e ||
XXVII. Iunij. An. M.D.XIX.**

**Eck, Johannes
Karlstadt, Andreas**

[Erfurt], 1519

VD16 E 320

Eccius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32477

cum Christi merita sine accipiant ut suffragia. sine quocumque modo et nolo. nihilominus sunt merita Christi. nec propter usum vel applicationem meram operibus subeunt. Si autem sunt merita Christi gratia et veritas sunt. iuxta illud Psalmi: 24: vniuersae viae domini misericordia et veritas. et Johannis primo. Gratia et veritas propter Iesum Christum facta est. ibidem. Vidimus plenam gratiam et veritatem. Quare etiam si angelus de celo aliud persuaserit non credam esse in manu ullius hominis gratiam et veritatem dare. hoc est merita Christi dispensare. non tamen resisto pontifici. sed ad declarationem in actis me refero.

Eccius.

¶ Quia ut dixi magna pars dissensionis facit in eo an indulgentie sint remissiones honorum operum. vel penarum. ubi in mea premissa descendere ecclesie docet et homo pontifex: Qui haec de indulgentiis scripserunt. sed hoc refellit a cure et doctore respicit. Quia remittere penam est remittere labores satisfactorios. inter quos sunt bona opera propter decretum Innocentii: In causa cui ex eo de Penitentibus ne penitentibus satisfactorio emeruet. Dico bene remittere labores satisfactorios. sed non propterea bona opera. Quis enim oratio. letantia et cetera. sunt satisfactorios. tamen sunt bona opera. etiam si ipsa non satisfactoria sunt. Accedit quod satisfactorio non solum sit labore honorum operum sed etiam satisfactorio. Quare plerique volunt non debere cogi solum confessionem ad satisfactionem in se recipiendum. iuxta illud commune. Huius est ut confessio solum cum parua penitentia mittat ad purgatorium. quod cum magna ad infernum. Peculiariter si pontifex plenarias rescindat indulgentias ad satisfactorios penitentiales eluendas si passim a prelatibus fiant. Sic pericula bulle de infunctis penitentibus. que secundum iustitiam diuinam infringi deberet. ut doctores ecclesie de indulgentiis scribentes declarant.

¶ Porro quod argumentatur penam esse remittere penam quod opera non accipio. quod pro tanto penam possunt ut homo instruat bene operari et sic virtus in infirmitate proficit. sed hoc ad indices. et quod errare in indulgentiis animabus periculosum ut hodie in dicitur. Ideo ecclesie non errant si solum pigros contritos volunt recipere indulgentias. Certe ad Carthusianos venire non debent. In materia fidei dicit magister et tendendum quod dicitur. Ego autem auctoritatem reputo in theologia potentissimam et quod audire precipimus sedentes supra cathedram Moysi. Ideo quis dicat aut tendere debemus ut captivemur intellectum. iuxta preceptum apostoli in obsequium fidei. propterea concilia habita sunt ut eorum auctoritate errores exterminarentur.

¶ De mendicantibus transeo.

¶ Quod vero ait consilium in iis in quibus regitur a spiritu sancto non errare. dico ego antiquorum patrum sequutus sententiam. semper debere presumi prescriptum regit a spiritu sancto. Quod non potest de opposito sed de illegitimare congregationis.

¶ Sed adhuc fortiter stat reuerentia pater in vicio boni operis quod dans pecuniam propter indulgentias non datur quasi hoc sit viciu boni operis. Querere a reuerentia pater si ipse cum suis fratribus: habet anniversarium alicuius principis vel nobilitatis cum 30. missis. quod dant bone presentie. alioquin non habitur anniversarium. an hoc sit viciu boni operis.

¶ De indulgentiis ab eo non premissis iudicent qui sermonem vulgarem legerunt. Porro reuerentia factus interpret meo dicit indulgentia forte sic facta esse satisfactorios. quod propter istas aliquis satisfactorio non teneat. non iste est sententia mea sed quod homo deberet pro peccatis etiam propter satisfactorio de suo. et propter indulgentias satisfactorio facit de alieno quod sum: pontifex dat et de thesauro ecclesie. unde soluat. ut sic supra commune patrum sententiam etiam in indulgentiis propter non manet impunitum. saluo eo quod etiam de proprio satisfactorio non possit. non accedentibus Christi meritis.

¶ De sensu fidelium credo neminem esse tam stultum qui credat rem esse necessarium indulgentiam in subleuo. etiam existimet iter Romanum esse meritum. nec hic errat. stat enim opus pro quo quis prolequitur inducere meritum et tamen ipsas indulgentias non esse meritum.

Martinus dicitur.
Et sic non erit
salua ois ca
ro ta in cui
culla qua ex
tra

¶ Porro de verbis Sixtine et modernis pontificis non factum vim. quia cathedram Petri sequor: et eius sententiam qui in ea sedet quodammodo in heresim quod absit: plausius non fuerit. Scio enim non probare sed desinere. quae ut Christus vicarium desinendo arbitror esse indefectibilis fidei. Sed haec omnia eorum committo iudicio quos sum interest. paratus errata expungere si que ostendentur.

Iussit Martinus addere

Et ego

Duodecima Julij Argumentatus est Eccius Respondente Martino De Penitentia.

In nomine tuo dulcis Iesu.

¶ Contra conclusionem reuerentis patris et patris sermonis sui de penitentia per defensionem optimorum patrum predicantium intendit probare penitentiam veram incipere a timore etiam pene. et quod bene quis se preparat discutendo recogitando etc.

Eccius

¶ Primo quod talem modum predicandi observavit dominus Iesus et eius precursor sanctus Johannes Luce enim .15. filius prodigus gerit typum penitentis secundum Augustinum de quaestione Evangelii Ambrosii libro 2. de penitentia. 3. Chrysostomus: Dicitur et alios. sed eum ita proponit nobis Christus quod in se puerus dixit quantum mensenarius in domo patris mei abundat panibus. ego autem hic fame pereo. surgam et ibo ad patrem meum et dicam illi. Pater peccavi in celum et coram te etc. Dicit dominus Christus modum penitentis describens exponit primo motum penitentem premiorum magnitudine. scilicet abundant panibus: et timore pene. scilicet hic fame pereo. quibus gradibus euectus penitentiam veram cepit meditari scilicet. et dicam patri peccavi. et hoc Augustinus explanat. Tres sunt tui penitentiae gradus. mercedis spes. suppliciorum timor et bonitatis paterne sincera dilectio. et sic antequam fiat amicus dei qui existit inimicus. efficit prius seruus. Sic Johannes incipit a timore. pergentes vel gentes minus vitperax quis monstravit vobis fugere etc. Sic etiam in toto actu est veteri instrumento ut timore penitentiae ad mandatorum obedientiam homines traherent. ut in legalibus historiis prophetis hoc ubique reperit. Sufficiat adducere unum locum Psalmi 88. Si autem dereliquerint filii eius legem meam. et in iudiciis meis non ambulaverint. Si iustitias meas probauerint. Et mandata mea non custodierint visitabo in virga iniquitates eorum et in verberibus peccata eorum. cum concordantibus. Quare per dicatores sacra limitati scripturam hactenus bonum habuerunt modum de penitentia paranda recogitando grauitatem peccatorum. eterni supplicii etc. Accedit ratio Dionysiana quod sic deus res administrat ut ima ad superiora per media ducat. Quare re cum peccator sit in imo. quod non est dignus pane quo vescitur. volens ascendere ad superiora gratia faciat per medium timorem. Bene esset perfectio quod aliquis immerito luto peccati posset se mero obtutu dilectionis dei et amore iusticie erigere ad gratiam capessendam. sed quis est hic et laudabilis eum? Imo b. Augustinus probat modum predicandi nostre temperatis docens expresse nullum puenire ad charitatem et ad veram gratiam nisi procedente timore non filiali sed etiam seruali. Augustinus tractat 9. Ergo inchoat timor quod incitum sapienter timor domini. Cum autem ceperit charitas habitare pellit timor. qui et locum preparauit. quantum enim illa crescit ille decrescit. et quantum illa fit interior timor pellit foras. maior charitas. minor timor. minor charitas. maior timor. Si autem nullus timor. non est qua intrat charitas. (Dat compassionem.) Sicut videmus per seram introductum quo suus. seta prius intrat. sed nisi exeat non succedit lino. sic timor prius occupat mentem quod ideo intravit ut introduceret charitatem. Allegat illud Psalmi. paupertas luctum meum in gaudium. Et infra Genentia dicta est de scripturis. nam qui sine timore est non poterit iustificari. opus est ut intreret primo timor per quem veniat charitas. Timor medicamentum. charitas sanitas. Ex istis aptissime liquet quod penitentia est medicinalis. et timor est medicamentum secundum Augustinum: et charitas non intrat nisi per timorem. ideo bene dicitur penitentiam a timore incipere. Et non accipio quod reue: per ab initio resolutionem

R. iij.